

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6470

Autre(s) référence(s) : Bates 57 / ARTEM 2348

Auteur(s) : Guillaume Bonne Âme, Rouen (archevêque)

Bénéficiaire(s) : Caen, Saint-Étienne (abbaye)

Genre d'acte : pancarte

Authenticité : douteux

Datation : 1100

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Pancarte réunissant trois chartes d'affranchissement de coutumes épiscopales données à Saint-Étienne de Caen par Guillaume [Bonne Âme], archevêque de Rouen, Odon [de Conteville], évêque de Bayeux, et Geoffroi [de Montbray], évêque de Coutances, et souscrite par Guillaume [Ier], roi d'Angleterre, et la reine Mathilde.

Tableau de la tradition

Original

A. Caen, Archives départementales du Calvados, H 1843. Pseudo-original

Éditions principales

- a. Lemarignier Jean-François, *Étude sur les priviléges d'exemption et de juridiction ecclésiastique des abbayes normandes depuis les origines jusqu'en 1140*, Paris, Picard (Archives de la France monastique ; 44), 1937, pièces justificatives, n° III, p. 297-299.
- b. Chaume Maurice, Chevrier Georges, *Chartes et documents de Saint-Bénigne de Dijon, prieurés et dépendances, des origines à 1300*, Dijon, Bernigaud et Privat, 1943, 2 vol., t. 2, n° 383 (édition partielle).
- c. Musset Lucien, *Les actes de Guillaume le Conquérant et de la reine Mathilde pour les abbayes caennaises*, Caen, Caron (MSAN ; 37), 1967, n° 19.
- d. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, the Acta of William I (1066-1087), Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 57, p. 266-269.

Indications

Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Extrait des chartes et autres actes normands ou anglo-normands qui se trouvent dans les archives du Calvados*, Caen, Mancel (MSAN ; 7-8), 1834-1838, 2 vol., t. 1, n° 7, p. 270.

Dissertation critique

Vers la fin du XIe siècle (quelques éléments datant de 1079-1083) : Datation proposée par D. Bates (voir BATES, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, p. 267).

Artem n° 2348 et 2349.

Texte établi d'après d

Notum sit omnibus christianæ religionis cultoribus quod ego Willelmus Rothomagensis archiepiscopus trado cænobio quod a domino meo Willelmo Anglorum rege, Normannorum et Cænomannorum principe, in burgo Cadomi, in honorem beatissimi protomartyris Stephani constructum est, synodoticum et circatam et omne debitum quod pertinet ecclesie sanctæ Mariæ Rothomagi de ecclesia sancti Martini de Longo Campo, sic enim habuerant monachi de sancto Benigno de Dijun, et clericus illius ecclesie sic legitime statutis temporibus ad synodum veniat, ne sub aliqua occasione ab eo pecunia requiratur.

Et ego Odo, dispensante Deo Baiocensis æcclesiae antistes, concedo eidem cænobio synodoticum et circatam et omne debitum quod pertinet æcclesiae sanctæ Mariæ de Baiocis, scilicet de æcclesia sancti Vigoris de Ceuso, et de sancto Sansone Alneti, et de sancto Nicholao Cadomi et de sancto Audoeno de Vileirs, et de sancta Maria Alemanniæ, et de sancto Martino eiusdem ville, et de æcclesia de Iz, et de sancto Michaele de Cat-burgo, et de capella Badventi, videlicet de omnibus prefatis æcclesiis, domibus, terris, habitatoribus omnium forisfacturarum de criminalibus peccatis vel non criminalibus prodeuntium pecuniam, et de ipsis omnibus habitatoribus de non criminalibus peccatis poenitentiæ injunctionem. Addo etiam ut ex ipsis criminalibus peccatis quandocun que in prefatis æcclesiis, domibus, terris audiri contigerint ab archidiacono Baiocensi, abbas vel prior predicti cænobii, non ipse super quo crimen auditum fuerit, moneatur et ibidem, ab utroque disposito termino congruo ac prefixo die, convenient monachus et archidiaconus et in ipsa parochia in qua crimen fuerit, predictis presentibus inquiratur, inquisito discutiatur et discusso, si inde iudicium portandum prodierit vel cognitio peccati patuerit, Baiocensis, ut decet, æcclesia requiratur vel causa examinationis vel gratia consequendæ reconciliationis, et ut præscriptarum æcclesiarum clerici sic legitime statutis temporibus ad synodum veniant, ne sub aliqua occasione ab eis [peccunia] requiratur.

Et ego Gaufridus, Dei gratia Constantiensis episcopus, concedo eidem sancti Stephani cenobio synodoticum debitum et circatam de ecclesia sanctæ Mariæ Balte, partem illam scilicet quæ est de feodo Eudonis vicecomitis, et pars alia eiusdem ecclesie quæ est de feodo Renaldi de Orevallo reddit synodoticum debitum et circatam quantum ad eum pertinet, et sacerdos de feodo Roberti consulis de Moretonio, scilicet de Holtavilla, reddit synodoticum debitum et circatam, et sacerdos de Meltiz similiter, et ut prescriptarum æcclesiarum clerici sic legitime statutis temporibus ad synodum veniant, ne sub aliqua occasione ab eis pecunia requiratur. De iure meo vel successorum meorum ista tantum quæ hic determino, videlicet de Balta et de Fraisno et de Hotot et de Holtavilla, et de illis hominibus de Windelonda qui pertinent abbatii Cadomi, et de illis hominibus de Helpinmaisnil, et de illis hominibus qui manent in elemosina sancti Hylarii de Meltiz, et de IIIIor hominibus qui manent in Barbatum fluctum, et de VII hominibus qui manent in Holtovilla, videlicet in prefatis æcclesiis, domibus, terris, habitatoribus, omnium forisfacturarum de criminalibus peccatis vel non criminalibus prodeuntium pecuniam concedo. De his autem omnibus supradictis si placitum contingat, in curia abbatis Cadomi agatur et forisfacturam si contingat abbas habeat; si judicium inde portandum prodierit, ad Hulmum, ut constitutum est, requiratur, vidente archidiacono, et penitentia detur. Hec enim constituta omnia sunt coram Willelmo rege Anglorum, Normannorum et Cænomannorum principe, pro salute quoque animæ suæ, uxoris ac filiorum suorum et animarum nostrarum et successorum et antecessorum.

Signum Wil+lelmi regis Anglorum. Signum Wil+lelmi archiepiscopi. Signum Odo+nis Baiocensis episcopi. Signum Gaufri+di Constantiensis episcopi. Signum Gisle+berti Luxoviensis episcopi. Signum Micha+elis Abrincensis episcopi. Signum Ma+thildis reginæ. Signum Rogeri co+mitis de Monte Gomerico. Signum Roberti + comitis de Moretonio.